Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



129

habendo. Habendo humilitatē. puritatem. & innocentiam. non habendo
maliciam. dolum & invidiam. Ipsi autem parvuli facti. non habendo
malitiam. dolum & invidiam. facti sunt magni. habendo humilitatem.
puritatem & innocentiam. insuper & habendo ubertatem doctrinę: deq;
tamquam nutrix suos fovebat filios. quibus & dicebat. Tamquam parvulis
mxpo. lac vobis potum dedi. non escam.

De eo qd lapides vivi justi vocentur. .Lx.

PETRUS IHE EPISTOLA SUA AIT. Et
ipsi tamquam lapides vivi super edificamini domos spirituales.
Super edificari illos dicit. quia sine domino ihū xpisto lapide sci
licet vivo. nulla edificatio spiritalis stare potest. fundamentum enim ali
ud nemo potest ponere. preter ipsum. cuius participatione fideles lapi
des vivi efficiuntur: qui per infidelitatem lapides mortui fuerant. duri
scilicet & insensibiles. quibus merito dicereturi: Auferam a vobis cor lapi
deum. & dabo vobis cor carneum. docibile scilicet ad evangelicam recipien
dam doctrinam. ut tamquam lapides vivi ad spiritale edificium aptentur:
quia p discretionem erudit doctoris amputatis actibus & cogitationibus sup
fluis. velut ictu quadrantur securis. Lapis etenim quadrus. in quocumq; la
tere versus fuerit. eque stat. Iustus vero qui in prosperitatibus ñ elevatur:
aduersitatibus non frangitur: vituperationibus non deicitur: suasionib
ad malum non trahitur: lapis quadr est. Sicut enim ordine lapidum
in pariete portantur: alii a aliis. ita portantur fideles a precedentibus i
ecclesia vivis. Portant & ipsi per doctrinam & toleratiam sequentes. et
hoc ordine alii a aliis portantur vivi. usq; ad ultimum vivum. qui cum
a prioribus portetur quem portare debeat. ipse non habebit sequentem.
Qui autē omne edificium portat. & ipse a nemine portatur: dominus est
xpistus. Vnde & lapis angularis preciosus vocatur: in fundamento fundatus.
Item vivos lapides apostolus appellat electos. ut conatum insinuet bonę
actionis eorum. Mortui namq; idest materiales lapides. ubicumq; abstruc
tore positi fuerint. insensibiliter manent. aut etiam lapsi decidunt. Non
ergo nos beatus petrus talium lapidum insensibilitatem vult imitari. sed
tamquam lapides vivos fundamento xpi superedificari. ut videlicet nos
vivamus gratia xpi. sobrię & viste & pie vivamus in hoc seculo. Tamquam
lapis ergo vivus edificatur cristo in domo eius. quicūq; donante & adiu
vante ipso. bonis indefessus insistere curat operibus. In templo d vivo &
sancto non possunt lapides poni. nisi vivi & sancti. Ergo omni labore ni